



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

B. Fridericvs Ratisponensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

B. FRIDERICVS, E S. AVGVSTINI FAMILIA.



Nunc Tagastini Patris miraris alumnus,
Prodigijis ausum vincere sæcla patrum?
Ingeniose, albas i nunc ride improbe mentes,
Et nullum præter te sapuisse puta.

Ingenio chartas imple mirabilis orbi,
Atq; illud vulgi quære superbus, HIC EST.
Non malim: QVIS SANCTVS HIC EST, tam charus olympo?
Cui sua concessit proxima iura Deus!

B.FRL

DE FIDELI COE ET A. NICOLAUS

FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA



FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA
FRIDERICVS ET AVGVSTINVS FAMILIA

B. FRIDERICVS

RATISPONENSIS.



Ridericus è S. Augustini sodalitate Ratisponæ vixit, interque suos quamvis illiteratus; rerum tamen diuinarum cognitione & dignatio neminè postremus, docuit quanto Deo gratiora sit simplex obediencia, cura pauperum, casti mores, quàm multa varia & exquisita scientia. Depictam argumentis in pariete ædis

sacræ, & tabulis etiam æreis expressam spectauit, & mirificam Friderici virtutem multis & magnis prodigijs contestatam legi. Effusus erat in miseros, & inscio sæpe Cænobij præside annonam egentibus porrigebat. Occurrerat olim Priori cum panibus, quos esurientibus ante fores Monasterij destinârat, roganti, quid sinu gestaret, mutatos ex templo panes in cædua ligni schidia exhibuit, & mox in suam redactos naturam rogantibus præbuit absumentos. In cella aliàs vinaria, dum extracto epistomio intrâq; cingulū condito in subiectam obbam vinum duceret, quod accubitoris in mēsam propinaret, subito Cænobiarchæ voce citatus, nec occluso siphunculo ad vocantem aduolat, quærîtque, quid se velit. Territus Prior animaduerso intra Zonam epistomio cum illo recurrit ad cellam, canalem videt apertum, nec quiquam tamen liquoris inde profluere. sensit illico prompto Friderici obsequio prodigium illud à Deo editum. Patuit ex alijs quoque mirandis illius sanctitas, & mediâ hieme cælestis internuncius Friderico rosas in altari posuit, quas ipse suo moderatori miranti & stupenti attulit. Occupatum olim in lignili, vehemens Eucharistiæ desiderium inceserat, cùm interim sacerdos sacris operatus animaduertit sibi de altari sacram hostiam, aut, vt reor, partem hostiæ subductam, quam anxie circumspiciens, diuque requirēs tandem intellexit à cælite Friderico impertitam. Ad ægrum quoque excubanti, parūque cōniuenti adfuit cælestis administer, qui per diuinam speciem Fridericum solatus, decumbentem interim sanauit. Ad extremum haud pauci feruntur ad funeris contactum curati. Grator nempè superis est simplex pietas, quàm erudita

superbia. Vixit anno **cio.cccxxix.** locum conditorij ipse coram nuper cōtemplatus, viro S. honestiorem tumulum optauit.

Conradus
Schleierma
Prior ad S.
Aug. R.
157.

Bruma 18.
per.

Dd

B. IOANN.